HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh.
Seite 166r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

tali modo non solum minimi quiq; sed etiam principes
pereunt recte subditi usq; ad frenos equorum. Per equos
enim subiecti per frenos autem principes intelliguntur. et plati
qui alios regere debuerant qualis fuit iulianus apostata
et imperator. Ac si diceret. Tanta fuit afflictio
temporalis ut etiam ipsos qui alios regere debuerant
ad infidelitatem perduceret. Sicq; sanguis usq; ad frenos
equorum exisse dicit. tamquam aperte diceret. Afflictio
temporalis in tantum pualuit. ut ipsos etiam qui plebes
regere uidebantur cruore infidelitatis maculare.
Per stadia mille sexcenta. Stadium greca est mensura.
Et dicit stadium ab stando eo quod ibi hercules
uno anhelitu currens centum uiginti quinq;
passus steterit. Qua mensura greci metiebantur
loca in quibus ludos exercebant. ibiq; ludentes
spaciando et ludicra exercendo deambulabant.
In mille itaq; sexcentis stadiis omnis summa rep
borum comprehenditur. que in quatuor mundi par
tibus consistit. propter quatuor huius mundi pla
gas. Quater quippe quadringenti fiunt mille
sexcenti. In centenario numero sepe summa alicui
rei intelligitur. Quaternarius autem pertinet ad quatu
or mundi climata. Ideoq; in mille sexcentis omis
designantur reprobi. qui per quatuor huius mundi
partes per uoluptatum ludibria currunt. et per spacio
sam uiam incedunt. que ducit ad mortem atq; ido
uocabulo eorum summa comprehenditur. Sed quod dictum
est de primo aduentu potest referri et ad secundum.
Iudicium quippe futurum per angelos exercendum nullus